



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

99 Inhibitiones à iudicibus secularibus contra iudices ecclesiasticos
obtineri non possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

per quam etiam excluderetur præsentia antiquissima consuetudo nonnullarum, Provinciarum, de qua attestabantur. Covar. in pract. quest. c. 35 nu. 3. Navar. in Manual. c. 27 nu. 70. Men. tract. de rer. in possess. rem. 3. nu. 355. & sequ. & Petrus de Avendano tract. de execu. mand. reg. lib. 1. c. 1. nu. 32. Dicebatur enim, talem consuetudinem, tanquam improbam, & sacrison canonibus inimicam, quæ clericos jurisdictioni laicorum quandoque supponit, non fuisse attendendam, cap. qualiter, & quando ubi communiter, doct. & Abb. nu. 7. de jud. Mar. Socin. in cap. si quis clericus, numer. 28. & in cap. Janè, numer. 10. de for. comp. Rot. decis. 10. de consuet. in antiq.

99 Neque decis. Rotales. † Achil. 30. de appell. in impressis, & R. D. Decani in illa Tarracenen. villa de Rem, die 4. Decembris 1562. & R. Blanchetti in Salamantina canonicatus, die 24. Maij proximè præteriti suffragantur Paulo, quia, licet per illas decisiones concederetur facultas quandoque recurrenti ad iudices laicos, & invocandi eorum nudum auxilium ad defendendam propriam possessionem, qua quis defacto spoliatur, & quam quis propria auctoritate defendere potest; nunquam tamen dicitur in eis, quod talis recursus fieri possit ad effectum obtinendi inhibitiones, & mandata contra Prælatos, & iudices ecclesiasticos, hoc enim nunquam docuit

100 Rota, † quæ optimè novit iudices laicos, nec habitu habere jurisdictionem in clericos; imò illius penitus incapaces, arg. cap. causam, de rescript. & cap. sacerdotibus, 11. quest. 1. & propterea, cum sint inferiores iudicibus ecclesiasticis, cap. deni-

que 95. distinct. & clem. Romani, de iure iur. Nec posse, nec habere ecclesiasticos corrigere, aut eis inhibere, aut alia præcepta facere Abb. in dict. cap. quomodo, & quando, nu. 7. unde Domini non recesserunt à decisione in hac causa coram R. D. meo Blanchetto, die 10. Aprilis proximè præteriti facta.

101 Anno 1594. † 4. Novembris, coram R. D. Decano Cartaginen. Portionis Domini recesserunt à resolutione facta, & censuerunt, satis constare de citatione validè executâ: primò ex scripturis productis, quæ habentur in summario numer. 1. constat de ablatione processus tam originalis, quam compulsati; & ejus transportatione ad consilium, quæ præsumitur facta ad instantiam partis interessè habentis, ad not. per Bart. in l. fin. de quest. quare in odium eorum, qui simili recursum utuntur, sit omnis interpretatio ad favorem alterius partis, ita ut etiam copia simplici soleat fides adhiberi. Bald. in l. publicata, quest. 8. in fin. de testament. Jal. in auth. si quis in aliquo, in 7. sal. C. de edendo. Dec. conf. 36. colum. 2. ver. non obstat. & extat Pereg. decis. 159. lib. 2.

102 Et facit, † quod impediens, quo minus citetur auxilio Consilij Regij, vel aliter, habeatur pro citato, cap. quoniam frequenter, §. porro, ubi gloss. in verbo, impedit, ut lit. contest. Card. in clem. causam, quest. 13. de elect. cum alijs, per Tiraquel. de retract. Lign. §. 1. gloss. 10. n. 102, & §. 2. gloss. 1. numer. 9.

Non obstat, quod in summario processus; quod exhibitum fuit, ubi adest executio citationis, non reperiantur testes adhibiti, ut requiritur, cap. quoniam, de prob. Specul. in tit. de citat. §. sequitur, num. 19.